



**Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen
Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark
Brandenburg**

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1862

LVIII. Markgraf Ludwig verspricht, die Bürger Frankfurts mit ihren Lehngütern nicht an andere Lehnsherren zu verweisen und sie das erste Mal ohne Lehnware zu belehnen, am 23. November 1348.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55756](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-55756)

des et successores nostros aliquomodo pregrauari, ymmo ipsos a tali conductu vt premittitur liberos perpetuo presentari. In cuius etc. Testes vero huius sunt Nobilis vir Guntherus Comes de swartzburg, dominus in spremberg, necnon strenui viri Swikerus de Gundelfingen Curie nostre magister, vricus willbrant, Beringerus Hele marscalcus noster, et wolffhardus de Satzēhouen, milites, cum ceteris pluribus fidedignis. Datum frankenuord, Anno domini M° CCC° XL octauo, feria tertia in Crafino beati michahel Archangeli.

Wohlfried I, 567.

LVIII. Markgraf Ludwig verspricht, die Bürger Frankfurts mit ihren Lehngütern nicht an andere Lehns Herren zu verweisen und sie das erste Mal ohne Lehnsware zu belehnen, am 23. November 1348.

Nouerint vniuersi tenorem presencium inspecturi, Quod nos Ludowicus, dei gratia Brandenburgensis et Lufacie marchio, Comes palatinus reni, Bauarie et Karinthie dux, sacri romani imperii archicamerarius, Tyrolis et Goricie comes, necnon Aquilegiensis, Tridentinensis et Brixinensis ecclesiarum aduocatus, Intuentes dilectorum nostrorum fidelium Consulium et vniuersorum ciuium nostre ciuitatis Vrankenuord meram constanciam, ipsos et quemlibet ex eis, qui pronunc a nobis possessiones et bona in pheodo habuerint, aut in futurum aliquas possessiones assumpserint aut eas et ea sub nobis aut heredibus et successoribus collocauerint, ad alios dominos quoscumque remittere nolumus cum talibus possessionibus et bonis, ut ipsorum sint subditi pheodales, sed perpetuo ipsos apud nos tamquam immediatos nostros pheodales volumus conferuare. Nolentes eciam ab eisdem ciuibus, qui sub nobis huiusmodi possessiones et bona pheodalia comparauerint aut collocauerint, pro prima vice in pheodacionis exigere aut recipere iura donacionis pheodalis, sed libere sine omni dacione muneris ipsos et quemlibet ex eis de talibus bonis premisis in pheodare, Volentes id ipsum per heredes et successores nostros perpetuo obseruandum modo quo premittitur continuari. In cuius rei testimonium presentes dari fecimus, sigilli nostri appensi munimine firmiter communitas. Testes vero huius sunt magnificus princeps Ludowicus Romanus, frater noster karissimus, Nobilisque vir Guntherus, Comes in swartzburg, dominus in Spremberg, necnon strenui viri Beringerus Hael, marschaleus noster, Vricus Wilbrand, Johannes de haufen, camere nostre magister, Wolffhardus de satzenhouen, milites, et Nicolaus de Wolkow cum ceteris pluribus fidedignis. Actum in domo pretorii dicte ciuitatis nostre Vrankenuord, Datum vero Furstenwald, Anno domini millesimo CCC° XL° octauo, die Dominica videlicet die beati Clementis pape.

Nach dem Orig. des Stadtarchives VIII, 1, 30.